Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26978
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Cornelii. et Cipriani commemoratione delectam. ut quorum nre
iustitie fiduciam non habemus. eorum quorum placuerunt meritis
adiuuemur. per. Co. Quesumus domine salutaribus repleti mysteriis.
ut quorum sollempnia celebramus. eorum orationibus adiuuemur.

Deosto domine populo tuo. Hicomedis ad. Iucundum. per.
Ut beati Hicomedis martyris tui merita preclara suscipiens. ad impetranda misericordiam tuam semper eius patrocinis adiuuetur. per. Sec. Suscipe domine munera propitiatus oblata. quae maiestati tuae beati Hicomedis martyris commendet oratio. per. Co. Purificent nos domine sacramenta quae sumpsimus. et intercedente beato Hicomede martyre tuo. a cunctis efficiant nos absolutos. per. Cuiusmodi v.

Omnipotens semper deus qui infirma mundi eligis. ut
fortia quaeque confundas. concede propitius. ut quorum
beatae Euphemiae martyris tuae sollempnia colimus. ea apud te
patrocinia sentiamus. Sec. Praesta quesumus domine deus noster. ut sicut
in conspectu tuo mors est pretiosa sanctorum. ita eorum merita
veneranda accepta et reddat oblata. Co.
Sanctificet nos domine quesumus tua perceptio sacramentorum. et intercessio
beatae martyris tuae Euphemiae ubi reddat accepta. per.

Praesta domine precibus nostris cum Lucie et Geminiani.
exultatione puerorum. ut quorum die passionis annua
devotione recolimus. etiam fidei constantiam subsequamur. per.
Sec. Vota populi tui domine propitiatus intende. et quorum nos tibi
sollempnia celebrare fac gaudere suffragiis. per. Co.
Exaudi domine preces nostras. et sanctorum tuorum quorum festa